

Federico II di Svevia

Arenga 051

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

Arenga 051

Gennaio 1206

Inter collata locis venerabilibus

Inter collata locis venerabilibus et domibus divinis obsequiis attributis regia largicione subsidia dignum maxime reputamus et pium, quod ad loca hospitalitatis sancte deo dicata de munificencie nostre dono pervenerit, presertim cum non uni videantur erogata donaria, que per hospitalitatis gratiam in usus multorum transitura fore noscuntur. Plurium igitur commodis non est dubium provideri, cum eis ex caritate consulitur, qui eo dumtaxat voto et studio congregant, ut, quecumque collegerint, multis postmodum pauperibus dispersa proficiant.